



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. I. Prima pars quæsiti resolvitur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

aliud est quam potentia obediensialis passiva, A quae naturaliter inest cuiuslibet enti creato, quâ taceat, ad recipiendum à Deo quicquid absolute non repugnat, ut docet D. Thomas loco supra laudato. Quare fictitia & imaginaria est virtus illa atractiva, quam ponit Valquez in corpore superiori respectu inferioris, similis virtuti atractionis quâ ferrum à magnete trahitur; nam vel talis virtus tribuitur rebus, solum quando imminet vacuum; & hoc est ridiculum, quia natura rebus providit de omnibus necessariis ad consistentiam universalem continuum inest rebus; & sic non solum quando imminet vacuum, traherentur solum corpora gravia, sed semper & continuo, sicut magnes semper attrahit ferrum.

Colliges secundum cum D. Thoma h̄c artic. 5. violentiam causare involuntarium simpliciter: quia violentia directe opponitur voluntario, et violentum sit ab extrinseco, voluntarium vero ab intrinseco. Unde si reluctanti fœminæ prevalidus aliquis stuprum inferat, nihil ex eo quod patitur, ad eam noxæ pertinebit, uti Deuteronomio 22. lantum legitimus. Ita Christianas fœminas, que per Gothicam irruptionem, Româ cap. 2, vim à Barbaris perpresso fuerant, solatur Augustinus lib. 1. de Civit. cap. 17. quod in concusso ac stabili permanente virtus, quidquid alius de corpore in corpore fecerit, quod sine peccato proprio non valeret evitari, prater culpam si patiuntur.

Dices: Virgo dum à juveneri violatur, tenet enim ejus voluntate, violentiam patitur, etiam si exterritus non resistat, vel non resistat quantum potest: & tamen ille actus non est involuntarius, cum in eo calo virgo mortaliter peccet, non resistendo, vel non resistendo quantum potest: Ergo violentia non causat semper involuntarium simpliciter.

Respondeo negando Antecedens quod secundam partem: Quando enim virgo non resistit, vel non resistit quantum potest & debet, indirecte & interpretative cenfetur consentire oppressioni, cum non adhibeat media quæ potest ad illam evitadam: Unde ille actus non est violentus, sed voluntarius simpliciter, & involuntarius tantum secundum quid.

Sed queres, quanam media externa teneatur apponere virgo ad resistendum oppressioni, ut inde dignosciposse, quandonam oppresso sit ipsi voluntaria interpretativa & indirecta, si tanta media non adhibeat?

Respondeo cum distinctione: si enim virgo non timeat in se periculum consentiendo, & abunde grave damnum, vite vel honoris metuit, si clamet, vel aggressorem occidere tentet, non teneat clamare, vel aggressorem interficere, (quamvis licet utrumq; possit, ed quod id praestitum sui defensionem) quia tunc resistere aggressori est præceptum affirmativum, quod non obligat pro semper, nec cum tanto periculo: si vero credit probabilitatem esse expositum periculo consentiendo, teneat omnibus modis, etiam cum vita aut fama dispendio, resistere, clamando, & aggressorem occidere tentando: quia præceptum negativum de non consentiendo ait illuc, obligat semper, & ad semper: unde tandem concludendum est cum Curielis, quod quia raro contingit, ut in tali casu non immineat periculum consentiendo, debent tunc virgines omnibus modis resistere, & ita semper ipsi consilendum est.

**ARTICULUS V.**  
*An & quomodo ex metu facta, sunt mixta ex voluntario & involuntario?*

**§. I.**

*Prima pars quaslibet resolvitur.*

**D**ico primum: Quæ per metum aguntur, mixta 94 sunt ex voluntario & involuntario.

Ita Divus Thomas h̄c articulo leto, ubi hanc conclusionem probat tum ex Philosopho, & Niseno, qui ea quæ per metum aguntur, appellant mixta ex voluntario & involuntario: tum etiam quia ea quæ per metum aguntur, secundum se non sunt voluntaria, immo sunt involuntaria, sed sunt voluntaria ex metu, ad vitandum scilicet malum quod timetur: v.g. mercator absolute, & absque periculo tempestatis, nolle projicere merces in mare; tempore ratiem tempestatis, ad fugiendam mortem quæ timetur, vult eas projicere, & de facto projicit in mare: Ergo quæ per metum aguntur, mixta sunt ex voluntario & involuntario.

Adde quod in objecto actus ex metu facti, reperiuntur ratio mali & ratio boni, sufficientes ad causandum nolitionem & voluntinem, quæ sunt principia voluntarii & involuntarii; verbi gratia, in hoc quod est projicere merces in mare, est ratio mali, ut patet, cum ex hoc mercator maximum damnum incurat; & ratio boni, cum assumeret ut medium ad conservandam vitam, seu ad evadendum mortis periculum.

Verum ut hæc conclusio magis declaretur, & quædam instaurata, quæ fieri possent in contrarium, diluviantur. Observandum est primum, quod cum dicimus metum causare auctum mixtum ex voluntario & involuntario, non sic intelligendum est, quasi ipse metus causet in actu utramque rationem; hoc enim impossibile est, cum rationes oppositas non possint provenire acoem principio; sed in tantum dicitur metus causare involuntarium, inquantum causat auctum in quo involuntarium reperitur, causatum tamen ex amore ad illam rem quæ propter metum postponitur. Sicut si dicamus, quod anima, vel virtus motiva animalis, causat metum mixtum ex naturali & violento, non est sensus, quod potentia motiva, vel anima causet in tali motu rationem violenti [hac enim ratio defumitur per ordinem ad corpus grave, cui progressivus vel volatilis motus violentus est] sed significatur quod illa causat motum, in quo utraque ratio reperitur, naturalis scilicet (ut pote cum à principio intrinseco, semper ab anima & virtute motiva procedat ipse motus) & violenti, per ordinem ad gravitatem corporis.

Notandum est secundum, quod metus dupliciter potest se habere ad actionem, causatiter scilicet, & concomitante: Tunc se habet causatiter, quando est vera causa talis actus, ita ut ex metu moveatur homo ad sic operandum, ut cum ex metu mortis offert pecunias latroni, vel projicit merces in mare: Tunc autem se habet metus concomitante, quando reperitur simul cum actione, sed non est causa impellens & movens ad illam; sicut Martyres cum metu mor-

## DISPUTATIO PRIMA

104

motis fidem confitebantur, non tamen ex metu, sed ex Dei amore & obedientia. Quae sunt primo modo, dicuntur fieri ex metu, vel per metum; iste enim particulariter & per causalitatem deponit: quae vero sunt secundo modo, dicuntur fieri cum metu, sed non ex metu, vel propter metum; particulariter enim cum solam concomitantiam & tumultum designat, non vero influxum & causalitatem. Quando ergo dicimus, ea quae sunt ex metu esse mixta ex voluntario & involuntario, non loquimur de metu concomitante tantum (hic enim, ut diximus, non sicut in actionem) sed de metu qui est vera causa actionis, & qui in illam influit, non quidem physis & efficienter, sed moraliter & objective, quantum mediante propositione objecti terribilis, verbi gratia, mortis, seu naufragii, moveret voluntatem ad sic operandum: in quo differt metus a violentia; nam violentia, seu vis exsecutus illata, efficit ipsam actionem, voluntate renente; metus vero non efficit sine voluntate, sed movere duntaxat voluntatem ut agat.

**27** Denique advertendum est, quod metus duplamente potest esse causa alicujus actionis, uno modo partialiter, alio modo totaliter: tunc est causa partialis alicujus actionis, quando concurredit ut impellens & adjuvans ad illam simili cum aliis, propter quod, etiam cessante metu, fieret actio: tunc vero est causa totalis, quando solus metus causa actionem, atque adeo cessante metu actione non fieret, quia praeceps est propter metum, verbi gratia, incurrit ab aliquo scario gravis metus mulieri in honeste, & mulieri honeste, ut coeant secum, ex quo utraque consentit fornicatione; talis metus respectu mulieris fornicariæ causa est illius actus, sed non totalis, sed quod talis mulier, cessante etiam illa causa, quia fornicariæ est, coiret cum illo: sed respectu mulieris honeste, & quæ alias cessante metu non consentiret, metus est tota causa quare consentit. Nostra ergo conclusio intelligenda est de metu, qui est causa totalis actionis, seu totale morivum aliquid operandi; non vero de metu qui est causa duntaxat partialis, seu partiale motivum: hic enim non causat actum mixtum ex voluntario & involuntario, bene tamen alter, ut patet in exemplo adducto: Fornicatio enim in prima muliere censetur omnino voluntaria, sed quod non omnino procedat ex metu; in secunda vero est mixta ex voluntario & involuntario, quia metus est causa totalis talis actus. Unde si quis partim ex timore gehennæ parum ex ipsa honestate operis, vel ex affectu charitatis, legem Dei observaret, talis observantia non esset mixta ex voluntario & involuntario; bene tamen, si ex solo timore illam servaret, modo statim explicando.

**98** Objecit igitur ego contra nostram conclusionem difficile argumentum. Quando quis metu penitentia inferni legem observat, talis observatio nihil habet involuntarii aut duplicitentis, alias esset mala & vicia, quod repugnat Tridentino lessione sexta, canone octavo, & sententia decima quarta, capite quarto. Ergo quae sunt ex metu, non sunt mixta ex voluntario & involuntario.

**99** Mirum est quantum hoc argumentum Theologos torquerat, & in quam varios dicendi modos eos inflectat: superfluum esset eos referre & impugnare, satius erit legitimam solutionem tradere. Dicendum est igitur, in observatione

A legis facti ex soli merito gehennæ, esse aliquid involuntarii & duplicitentis, & in hominum similitudinem illum non esse malum, nec in vobis, ut definit Tridentinum locis ciuitatis. Pro quaenam, in praedicta legis observatione post considerari, vel actione in qua præcipitur, materialiter & inesse rei, vel rationem formalem in pracepto, quæ importat applicationem divinae legis ad illam; hoc secundo modo tempore est illius ejus duplicitentis, quia divina lex nihil habet nisi ratione cuius possit licet tenui: primo vero modo potest esse licita: quia teneat præceptum posse afferre aliquid laboris & fastidii, quod secundum se consideratum, non habet respectum ad legem divinam, potest tamen duplicitentis terminare: ut patet in dolore & tristitia quam Christos habuit in horro olivarum, non quidem de observatione præcepti morienti, ubi patet impositum, sed de difficultate & molestia operis sibi præcepti, secundum hanc & precise sumptu. Unde tantum absit quod talis duplicitentis observationis præceptum, reddat illam peccaminam aut virtutem, quin potius soleat merito augere: nam quo major est repugnancia ad opus præceptum, propter ejus difficultatem & laborem, eo major virtus & merum splendens in exequendo illud, & luperando prædictam difficultatem.

**C** Secundo dici potest, metum non semper causare involuntariorum secundum quid, sed solum quando objectum est malum secundum sumptum, & non tantum ut hic & nunc consideratum: sicut projicere merces est bona mercatoris, ex suppositione solum quod item pestas, & immixtæ viræ periculum, sed abhinc rati circunstantia est in malum; & ideo voluntas non vult eas projicere sub hac consideratione. Ceterum quando objectum non est malum secundum se, sed absoluè bonum, voluntas non potest habere actum nolitionis conscientium. Et hoc reperitur in casu arguenti, nam obseruatio mandatorum est per le bona, & modo mōdo mala, etiam abstehendo à periculo gehennæ inferni; & ideo obseruatio facta ex timore, non est involuntaria secundum quid.

**D** Quare, an ad hoc ut ea que per metum aguntur, sint mixta ex voluntario & involuntario, requiratur aliquis actus conditionatus, qui sit nolitus ineficax illius modi, quod hic & nunc eligitur ad virandum majus malum quod timeatur: gā ad hoc projectio meritorum sit mixta ex voluntario & involuntario, necessarius sit actus conditionatus & ineficax, quod mercator nollet projicere merces, si non in iminet periculum vita?

**E** Respondeo affirmative, quicquid in controverzierum dicat Curiel hic dubio 1. paragrapho 1. afferens projectionem meritorum denominantem voluntariam secundum quid ab amore meritorum: atque adeo non esse necessarium acutum illum conditionatum, qui sit nolitus projectandi merces secundum spicatas.

Probarunt breviter: Nam si sit projectio meritorum remota tantum & radicaliter reditur voluntaria simpliciter per actum, quod mercator vult vitare nausagium, formaliter vero & proximè per voluntatem efficacem projectandi illas, ex priori actu causam; ita amor, seu voluntio conservandi merces secundum se confidens, potest quidem remota & radicaliter redire tandem projectionem secundum quid invi-

## DE VOLUNTARIO ET INVOLUNTARIO.

105

luntaria, sed non formaliter & proxime: Ergo posendus est alius actus, ex amore mercium ordinabens, qui tribuat proxime talē denotionem. Consequentia patet, Antecedens probatur. Quia universaliter volitio finis denominat tantum ipsum finem formaliter volitum; media vero radicaliter tantum & remota; unde oportet ponere aliquem actum qui directe tendens in ipsa, denominet illa proxime & formaliter voluntaria, seu voluntaria. Atqui fugere projectionem mercium, est medium in ordine ad possessionem & conservationem illatum; sicut projicere illas est medium ad conservandam vitam: Quemadmodum ergo ex amore vita ostendit volitio absoluta & efficax projiciendi merces, ita ex amore mercium nascitur actus, quo mercator vellet, si esset possibile, eas conservari. Sicut Christus volebat vivere, si hoc esset possibile juxta Patris voluntatem: sed quia sciebat Patrem velle & praecipere mortem, absolutamente volebat mori.

Dices, Non est necesse in violento, quod concurredit duplex actus, ut aliquid sit mixtum ex violento & naturali: Ergo neque in meru, ut res illa mixta ex voluntario & involuntario. Consequentia paret a paritate rationis: merus enim quedam violentia moralis est; unde qui alle-gans se fecisse aliquid ex gravi meru, violentiam allegans. Antecedens probatur in motu pro-geffivo animalis, ubi elevatio pedis est violentia corporis in quantum gravi, & est naturalis eidem viventi; & tamen non est ibi duplex etiam motus, sed unus tantum quo animal moveretur. Ergo ut aliquid sit mixtum ex violento & naturali, non requiritur duplex actus.

Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam & paritatem. Ratio discrimini est, quia violentum non inventur in actionibus elicitorum & internis voluntatis, ut vidimus articulo precedenti, sed in actu externo & imperato, atque adeo executivo voluntatis: non potest autem in actu executivo inveniri duplex motus, unus absolutus, alter conditionatus; quia cum si motus in executione, omnino absolutus est: & hac ratione etiam in actione exteriori facta ex meru non datur duplex actus, sed tantum unus verbi gratia, in ipsa projectione mercium, unus tantum motus datur, non duplex; unus ad projiciendum, alter ad non projiciendum. Voluntarium autem, & involuntarium, non solum in actionibus externis & a voluntate imperatis, sed etiam praecipiū in internis & elicitorum reperientur; unde in meru non repugnat dicitur duplex actuū elicitorum & internum, quo voluntas efficaciter & inefficaciter ad idem ob-jectum diversimode consideratum terminetur.

Dices rufus: Vel ille actus a quo projectio mercium denominatur involuntaria secundum quid, est conditionatus ex parte objecti, vel ex parte actus? Si ex parte actus, nondum datur de facto, sed dabitur si ponatur conditio: si ex parte objecti, talis actus est absolutus ex parte voluntatis, & sic projectio mercium erit absolute voluntaria & absoluta in voluntaria, quod im-plicat.

Respondeo, actuū illum illum esse conditionatum solum ex parte objecti, & absolutum ex parte potentia. Ad probationem in contrarium dicendum est, quod licet repugnet projectio mercium esse absolute voluntariam, & absolu-

A te involuntariam, si ly absolute usurpetur pro perfeccione seu efficaciter; non tamen si accipiat pro actu absoluto quidem ex parte potentiae, sed imperfecto & efficaci: quamvis autem alteramus illam volitionem projiciendi merces esse in seipso absolutam, & conditionata solū ex parte objecti, non tamen ponimus esse efficacem.

Instat Curiel, & ait esse valde difficile, & forte improbable, quod ille qui videt periculum submersoris præsens, & judicat non posse vivi, nisi projiciendo merces, & propterea efficaciter vult illas projicere, & de facto projicit, eodem tempore hunc actum inefficacem elicit; nolo projicere merces si tempestas non detur, vel si non adiut vita periculum; Ergo talis actus admittendus non est.

Respondeo, negando Antecedens: Nam etiam Deus videns quendam hominem reprobum infallibiliter esse damnandum, & consequenter habens actum quo vult efficaciter ipsi denegare gloriam; simul tamen habet voluntatem antecedentem & inefficacem de ipsis salute, absolute & secundum se, seu præcisus circumstantiis, consideratā, ut in tractatu de voluntate Dei fusè ostendimus. Est tamen haec dis-ferentia inter hoc exemplum, & nostrum propositum, quod in Deo, ratione infinitatis, idem actus qui est volitio efficax denegandi gloriam reprobo, est volitio conditionata ex parte objecti ipsius salvandi, in nostro autem proposito debentponi duo actus distincti.

### S. II.

*Alia difficultas expeditur.*

Dico secundò: Quæ ex meru sunt voluntaria simpliciter, & involuntaria tantum secundum quid.

Ita Divus Thomas hic articulo sexto, ubi sic discutit, Illud quod est voluntarium hic & nunc ponderatis omnibus circumstantiis, & involuntarium solum secundum te, abstrahendo a circumstantiis, est voluntarium simpliciter, & involuntarium secundum quid: Sed opus factum ex meru est voluntarium hic & nunc, ponderatis circumstantiis, & involuntarium consideratum secundum se: Ergo est voluntarium simpliciter, & involuntarium tantum secundum quid. Minor patet in exemplo supra adducto projectionis mercium. Major autem probatur ex discrimine quod omnes admittunt inter intellectum & voluntatem, & inter objectum utriusque: nam intellectus trahit ad se res præcise quantum ad quidditatem, & objectum ipsius est quidditas rei materialis, abstrahendo ab omnibus conditionibus individualibus: At vero voluntas tendit ad res ut sunt in se, & objectum eius est res ipsa in voluntate suis omnibus conditionibus, & ut est hic & nunc.

Confirmatur: Quod est volitum efficaciter & absolute, nolitum vero inefficaciter & conditionatum solum, est voluntarium simpliciter, & involuntarium secundum quid: At opus factum ex meru, est volitum efficaciter & absolute, & nolitum inefficaciter solum & conditionatum, ut patet supra dictis: Ergo est voluntarium simpliciter, & involuntarium tantum secundum quid. Unde quando sanctus Thomas secunda secundæ questione centesima quadragesima secunda, articulo tertio docet id quod fit ex meru,

O sim-

Tom. III.